# Leuiticus.

naculi testimonij. ⁊ lotos aqua indues
sanctis vestibus vt ministrent mihi. et
vnctio eorum in sacerdotium sempiter
num proficiat. Fecitqꝫ moyses omnia
que preceperat dominus. Igitur men-
se primo anni secundi. prima die men-
sis collocatum est tabernaculum: Ere-
xitqꝫ moyses illud ⁊ posuit tabulas. ac
bases ⁊ vectes: statuitqꝫ colūnas ⁊ expā
dit tectum super tabernaculum. impo-
sito desuper operimento: sicut dominus
impauerat. Posuit ⁊ testimoniū in ar-
ca. subditis infra vectibus. ⁊ oraculum
desuper. Cumqꝫ intulisset arcam ī taber
naculum testimonij. appendit ante cā
velum vt expleret domini iussionem.
Posuit ⁊ mensam in tabernaculo testi
monij ad plagam septētrionalem extra
velum: ordinatis coram propositionis
panibus: sicut preceperat dñs moysi.
Posuit ⁊ candelabrū in tabernaculo te
stimonij e regiōe mense in parte austra
li: locatis per ordinem lucernis iuxta p̄
ceptum dñi. Posuit ⁊ altare aureū sub
tecto testimonij. contra velum. ⁊ adole
uit super eo incensum aromatum: sicut
iusserat dominus moysi. Posuit et ten
torium in introitu tabernaculi testimo
nij. ⁊ altare holocausti in vestibulo te-
stimonij: offerens in eo holocaustum ⁊
sacrificia vt dominus impauerat. La-
brum quoqꝫ statuit inter tabernaculū
testimonij ⁊ altare implens illud aqua
laueruntqꝫ in eo moyses ⁊ aaron ac filij
eius manus suas ⁊ pedes cum ingre-
derentur tectum federis. ac accederent
ad altare: sicut preceperat domin⁹ moi
si. Erexit ⁊ atrium per gyrum taberna-
culi ⁊ altaris: ducto in introitu eius tē-
torio. Postqꝫ omnia perfecta sunt. ope-
ruit nubes tabernaculum testimonij. et
gloria domini impleuit illud. Nec po-
terat moyses ingredi tectum federis nu
be operiente omnia. ⁊ maiestate domi-
ni coruscante quia cuncta nubes operu-
erat. Si quando nubes tabernaculum
deserebat: proficiscebantur filij israel p
turmas suas. Si pēdebat desuper: ma
nebant in eodem loco. Nubes quippe
domini incubabat per diē tabernaculo
⁊ ignis in nocte: videntibus cunctis po
pulis israel per cunctas mansiōes suas.

Explicit liber exodi. Incipit vaiecra
id est liber leuiticus.

## Capitulum. I.

Vocauit aūt
moysen. ⁊ locutus est ei
dominus de tabernacu
lo testimonij dicens: Lo
quere filijs israel. ⁊ dices ad eos: Ho-
mo qui obtulerit ex vobis hostiam do-
mino de pecoribus id est. de bobus et
ouibus. offerens victimas si holocau-
stum fuerit eius oblatio ac de armento
masculum immaculatum offeret ad o-
stium tabernaculi testimonij ad placan
dum sibi dominum. Ponetqꝫ super ca
put hostie manus ⁊ acceptabilis erit: at
qꝫ in expiationem eius proficiens. Im-
molabitqꝫ vitulum coram domīo ⁊ of-
ferent filij aaron sacerdotis sanguinem
eius. fundentes per altaris circūitum:
quod est ante ostium tabernacli. Detra
ctaqꝫ pelle hostie artus in frusta conci-
dent ⁊ subijcient in altari ignem strue
lignorū ante composita ⁊ membra que
sunt cesa desuper ordinantes. caput vi-
delicet ⁊ cuncta que adherent iecori. in-
testinis ⁊ pedibus lotis aqua. adolebit-
qꝫ ea sacerdos super altare in holocau-
stum ⁊ suauem odorem domino. Quod si
de pecoribus oblatio est. de ouibus siue
de capris holocaustū: agnū anniculū
⁊ absqꝫ macla offeret: īmolabitqꝫ ad la-
t⁹ altaris qđ respicit ad aquilonē corā
dño. Sanguinem vero illius fundent

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0089
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG